



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

X. Qualiter psalmistae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

diacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi, tradat ei episcopus clauis ecclesie de altario, dicens: Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.

X.

Ibi. Psal-
mist.

Psalmista, id est, cantor potest absque scientia episcopi, sola iussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide, ut quod ore cantas, corde credas: & quod corde credis, operibus comprobas.

X I.

Ibi. Sancti-
monialis.

Sanctimonialis virgo, cum ad consecrationem suo episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper vsura est, professioni & sanctimoniali aptis.

X II.

Viduæ vel sanctimoniales, quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tam instructæ sint ad officium, ut possint apto & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres, tempore quo baptizandæ sunt, qualiter baptizatori interrogatæ respondeant, & qualiter, accepto baptismo, uiuant.

X III.

Dist. 23.
& 30. q. 5.
Sponsus &
sponsa.

Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel paranympis offerantur. Qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis, in virginitate permaneant.

X I V.

Dist. 41.
Episcopus
vilem.

Vt episcopus non longe ab ecclesia hospitium habeat.